procreatæ filiæ sui vero Recognoscen[tis] Consorti Lumiæ et ipsius successoribus summam Septuaginta florenorum Polonicalium ratione vero dotis et expeditionis post eam adeptæ et in domum suam importatæ, nec non et aliam similem summam Septuaginta florenorum Polonicalium ratione veri iusti certi et legalis dotalitij in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium honorum et obligatoriorum mobilium et immobilium, summarumque quarumuis pecuniariarum, nec non auri argenti clenodiorum, vnionum margaretarum, vestium vestimentorum stanni, æris cupri orychalci, pecorum pecudum, equorum equitiorumque, ac totius supellectilis domesticæ nunc habitæ et in posterum habendæ dedit, dotauit, dotalitiauit, inscripsit et reformauit, prout dat, dotat, dotalitiat, inscribit et reformat præsentibus. Per ipsam Nobilem Szeptycka sui Recognoscen[tis] Conten[tis] Lumiam et ipsius posteros eandem medietatem bonorum suorum generaliter omnium cum vniuersis ipsius vtilitatibus et vsufructibus competentibus et prærogatiuis quauis tenendi habendi et possidendi, illaque quiete et pacifice vti fruendi ac ad suos suorumque successorum quosuis beneplacitos vsus fructus libere et effectualiter conuertendi vigore et more aliarum reformationum hactenus et diutius in Regno Poloniæ obseruari solitarum. Hac sua præsenti personali recognitione ac præmissa omnia mediante.

Szeptyccy inter se mutuo Roborant.

Com

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatibus Praemyslien Nobiles Stephanus et Georgius Szeptyccy fratres inter se germani ab una, et Helena Nobilis Basilij Kulczycki Czoppek dicti, Nastasia Nobilis Andreae Kulczycki, Magdalena Nobilis Danielis Czolowski Consortes Szeptyckie olim Nobilis Pauli Szeptycki cum Nobili Zenna Komarnicka procreati filij et filiae fratres et sorores inter se germani, tum et eadem Nobilis Zenna Komarnicka eiusdem olim Nobilis Pauli Szeptycki consors relicta vidua parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes a Terris, Districtibus, Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitali Praemyslien Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet sese cum successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim et specialiter, praesertim vero consortes cum eorundem maritorum suorum, uti tutorum coniugalium assistentia et authoritate recognoverunt. Quia ipsi sibi mutuo et invicem una pars alteri cum poste- ris utriusque partis, et quidem suprascripti Nobiles Szeptyckie fratres suis, et Nobilis Theodori Szeptycki fratris sui natu minoris pro cuius ratihabitione cavent et se praesentibus inscribunt nominibus, se ac suos successores, in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis quibusvis pecuniarijs habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus Scriptum seu 80

Intercisam certam inter se Recognoscentes ratione certarum rerum et
conditionum in eadem Intercisa contentarum de Actu et data illius
hic Praemysliae die hodierna in Actu contenta confectam et conscri
ptam manu unius tantum Recognoscentis videlicet Nobilis Stepha
ni Szeptycki suo et fratris sui nomine, quoniam reliqui littera
rum ignari subscriptam. In omnibus et singulis praefati scripti
seu Intercisae memoratae conditionibus punctis, clausulis, articulis, vadio
ligamentisque et nexibus generaliter universis similiter tenere, comple
re, exequi, et inviolabiliter observare omnibusque et singulis illius
contentis tam in toto, quam in quavis minima parte toties quo
ties opus fuerit satisfacere, Scriptum hoc idem seu Intercisam
memoratam ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam, et Inscriptio
nem praesentem Roboratoriam, ad Scriptum praedictum, seu Inter
cisam praefatam vicissim in toto referendo, Idque sub vadio summae
octingentorum florenorum polonicalium per partem parti ejus successori
bus utriusque partis ob non completionem praemissorum Scripti
seu Intercisae praefatae omnium et singulorum tam in toto, quam in parte
toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Nihilominus
supradicti Nobiles Szeptyccy fratres debebunt et tenebuntur
prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summi
nisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis supradictis Nobilibus
matri et sororibus suis Szeptyckim eorumque posteris inscribunt et
obligant praesentibus. Supradictum Nobilem Theodorum Szeptycki fratrem
suum

suum germanum natu minorem, seu in eventu mortis successores illius ad as pro bandum per ipsum Inscriptionem praesentem Roboratoriam vel similem suo pro interesse faciendam ad Acta quaevis authentica Regni et robur perpetuitatis in se habentia postquam advenerint statuere et personaliter adducere ab eoque vel eius successoribus ut praemissa debite exequatur efficere. Idque sub alio et speciali vadio aliorum eidem octingentorum florenorum polonicalium per eosdem suprascriptos Nobiles Przepytycki fratres sive illorum posteros sunt inans Nobili Przepytycki matri et sororibus suis sive illorum posteris pro non statuitione supradicti Nobilis Theodori Przepytycki fratris sui germani statuendi vel in eventu mortis successorem illius ad exequenda praemissa tempore et loco superius expressis adimplenda faciendo. A quibus quidem vadio vel vadiis modo praemisso ad solvendum succubitis pro aliqua principali ex praemissis non completa complenda fratreque suo germano ad statuto statuendo aetate existenti minorata pars una praemissa non tenens aut eius posteri ad instantiam partis alterius praemissa tenentis et complentis ad officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense extunc recessu superiori quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare, iuri parere, respondere, vadium praedictum luere et inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum terminum primum peremptorium, uti et alios omnes exinde consequentes causae eius eosdem terminos semper peremptorios, verum infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad electorem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo =

ad Quietationem Caeterea ultra praemissos Officij Castri Castrensis Capitaneal Premisliensis Pnos, Dilationem sibi non reassumendo, nullasque motiones, appellationes, rec earum prosecutiones faciendo Praemissaque omnia poenis simplicibus vel complicatis evasionibus suspensionibus fatalijs iuris Conscriptione Terrestri, bello, conventioneque, ac alijs quibusvis iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec alio quovis modo evadendo hac sua Personali personali Recognitione ad Praemissa omnia mediante.

Kulczycki Consorti suae Reformat

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premyslien nobilis Andreas Kulczycki Sanus mente et corpore existens a Terris disenctibus, Iuribus Iurisdictionibusque suis proprijs et competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitan Premyslien Iurisdictioni quoad Actum hunc attinet secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac expresse fassum retulit. Quia ipse nobilis Anastasia Szeptycka nobilis olim Pauli Szeptycki cum nobili Zenna Komarnicka consorte eius legitima procreata filia sui ?? ?? Sumaque et ipsius existens Summam Sexaginta florenorum Polonicalium ratione certae dotis et expeditionis post eam acceptam, et in domum suam importatam necnon et aliam summam similem Sexaginta floren Polonicalium